



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

[§. II. Quo jure decimæ introductæ sint, & debeantur ministris Ecclesiæ?]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

**TITULUS XXX.**  
**DE DECIMIS, PRIMITIIS ET**  
**OBLATIONIBUS.**

**SECTIO I.**  
**De definitione & divisione**  
**decimarum ac obligatione eas**  
**solvendi.**

**§. I.**

*Quid, & quotuplices sine*  
*decima?*

**D**ecimæ in genere, propriè tamen di-  
ei possunt, quod sine pars decima  
fructuum, aut lucri justè acquisiti, ad quam  
petendam jus competit Ecclesijs Parochia-  
libus ratione ministerij Sacramentorum:  
ita ut jus hoc accipiendi decimas, sit jus  
spirituale, sive spirituali annexum, quia  
dependet à ministerio spirituali, à mini-  
sterio scilicet Sacramentorum ministran-  
dorum.

Tuplices autem communiter assignan-  
tur decimæ, reales, personales, & mixtæ.  
Reales dicuntur, quæ ex prædijs, sive  
bonis immobilibus solvuntur, ex agris v. g.  
hortis, vineis sylvis &c. Personales sunt,  
quæ ex lucro, hominis industriâ quæsito,  
penduntur, ex negotiatione v. g. artifi-  
cio, venatione, piscatione &c. Mixtæ  
denique sunt, quæ ex fructibus pecorum  
vel gallinarum, anserum &c. ex lacte, ca-  
feo, ovis &c. in proprijs prædijs, concur-  
sente industriâ hominum, acquisitis sol-

vuntur, ita ut partim prædiales, partim  
personales sint, si tamen hoc ma-  
genus decimarum admittere placet,  
quod non omnibus placet, quæ præ-  
omnes decimas ex prædijs, aut fructibus  
animalium solvendas, prædiales, &  
reales dici debere; decimas vero, quæ  
præcisè respondent industriæ & lucro  
hominum, personales dici debent. Per-  
sunt autem decimæ reales in hoc loco  
acceptæ, subdividi in majores, quæ ex  
mento v. g. & vino &c. solvantur, &  
minores, quæ ex hortis, fructibus can-  
lium, & alijs minutioribus solvantur.  
Sunt quidem etiam decimæ laicæ, quæ  
jam olim ab Ecclesijs, quibus ex præ-  
sua solvebantur, in laicos translatæ sunt,  
ob justam scilicet causam, si dicitur in  
men de decimis aliquibus, laicæ sunt  
Ecclesiasticæ, pro Ecclesia petuntur  
Christianos præsumendū, cum impo-  
mævam suam institutionem Ecclesijs  
ministris debite sint decimæ.

**§. II.**

*Quo jure decima introduita*  
*& debeantur ministris Ecclesijs?*

**D**ecimæ materialiter & seculariter  
stantiam spectatæ, quatenus  
stipendium necessarium ad sustentan-  
nem ministrorum Ecclesiæ, jure  
rali, ac divino debentur, tum quod



ficia præcipiatur, ut necessaria vitæ tanquam debitum stipendium, subministrantur illis; tum quod ex Christi præcepto, dignus sit operarius cibo suo *Matth. 10.* Quatenus verò sunt certa & determinata quora, decima v. g. pars fructuum, tempore quidem legis Moysaicae jure divino positivo debebantur Levitis, juxta *capitulum 27. Leviticum*; in novo autem testamento clericis de jure positivo canonico tantum debentur, cum nulla lex divina in novo Testamento extet, qua obligentur fideles ad decimam partem dandam clericis, multa autem sint SS. Canonum præcepta ad hanc quotam obligantia. Potest quidem dici, deberi decimas etiam in novo testamento originaliter de jure divino, eo quod canonica institutio, circa decimas dandas, originem suam acceperit ex jure divino, in antiqua lege decimam talem partem præscribente; & quatenus solvantur in recognitionem supremæ Majestatis, formaliter etiam de jure divino præcepta sint, non tamen probari potest efficaciter, quod formaliter acceptæ, ut sunt hæc determinata quota ministris Ecclesiæ solvenda, sint juris divini.

## SECTIO II.

De rebus, ex quibus decima sunt solvende, & de modo, quo solvi debent.

## §. I.

Ex quibus rebus decima sive prædiales, sive personales sunt solvenda?

Communis ac certa Doctorum omnium sententia est, quod solvi per Compend. Pirhing.

se debeant decimæ prædiales ex omnibus proventibus rerum omnium tam mobiliū, quam immobiliū, uti patet ex *c. nuntios. 6. c. ex parte. 21. c. ma. 26. & pluribus alijs hujus tit. capitulis.* Ubi in specie certæ nonnunquam res exprimuntur, ex quibus debent dari decimæ; & asseritur etiam, quod integrè eas solvi debeant, ac sæpius eodem anno, si sæpius & diversis temporibus seminati ac producti fructus fuerint, & qui in mora culpabili solvendi sunt, censuris etiam Ecclesiasticis ad harum solutionem compelli debeant.

Decimæ verò personales, ex omnibus quidem illis, quæ industriam hominis, & hujus labore licitè acquisita sunt, etiam ex stipendio militis, advocati, procuratoris &c. ex præda, venatione, piscatione, aucupio (si tamen inter personales has posteriores numerare velis) solvi debeant, jus commune spectando, uti *ex c. 22. & 23. ac alijs pluribus hujus tit.* patet, plurima tamen tam de his decimis personalibus, quæ omnino abrogatæ per contrariam consuetudinem videntur, quàm de prædialibus legitima consuetudo immutavit, quæ servanda erit in hac juris positivi materia.

## §. II.

Verùm ex rebus illicitè acquisitis debeantur decimæ, & an ex acquisitis titulo lucrativo?

Decimæ prædiales etiam ex rebus injustè & illicitè acquisitis solvende sunt, sic ex fructibus æri, quamvis usuraria pecuniâ hic coemptus sit, aut illius possessio violentè acquisita sit, debentur decimæ prædiales, cum præda aut usurarius non debeat esse melioris

A a a a

con-